



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

# Officio Sanctissimae Inquisitionis.

35

Exactionem paenarum cogere possunt eos, qui cum redirent ad Ecclesiam se obligauerunt sub certis paenis  
ad parendum mandatis Ecclesia: idem faciant contra fideiussores eorum.

Eiusdem tenoris extat aliud rescriptum Alexandri. iiiij. datum Lateran. iii. Idus Decemb. Pontificatus  
sui Anno Sexto, quod nos vidimus authenticum.

**A**LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus de ordine  
ne Minorum, Inquisitoribus haereticae prauitatis in administratione Beati Francisci,  
Salutem & Apostolicam benedictionem.

LE X A N D E R Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus de ordine  
ne Minorum, Inquisitoribus haereticae prauitatis in administratione Beati Francisci,  
Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Do-  
mini 1260.

AD audientiam nostram peruenit, quod nonnulli de administratione B. Franci- Ex Archivio cō-  
sci notati, & suspecti de hereticae prauitatis, ac fautores, & receptatores haereticorum, ad- videntis S. Fran-  
mandatum Ecclesia redeuntes, interdum se obligati sub certis penis, ad patendū man- cīci de Assiso.  
datis Ecclesia, & super hoc præstant vobis fideiussorias cautiones, quorum nonnulli mandatis quæ ipsis  
facitis, parere reculant. Quia vero nostri de cetero appositione consilij super hoc salubriter prouideri, dñe  
tioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus tales, & fideiussores eorum, quod mandatis fa- Conferunt re-  
venerabilis, &  
et eis per vos, & faciendis pareant monitione præmissa, per impositionem, & exactionem pœnatur, ad illi incip. cum  
qua se obligant, & etiam per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis; inuocato ad hoc si  
opus fuerit auxilio brachij secularis. Dat. Anagniæ x. Kal. Febr. Pontificatus nostri anno sexto.

Conferunt re-  
scripta Inno-  
cenci II. incip. cum  
venerabilis, &  
Cū per nostras  
relata supra.

I D E M.

Valde elegans est rescriptum hoc, quo non mediocriter illustratur c. Ut commissi. de heret. lib. 6. &  
alia iuriis loca de haereticis loquentia. Idem extat in Archivio inquisitionis Bononiensis transmissum fra-  
tribus Dominicanis: sed hoc copiosius est.

C Summa eius est: Inquisitores per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellunt edisibi qua-  
libet instrumenta, & scripturas inquisitionis factæ, velfacienda contra haereticos, & alios in fidem pec-  
cantes, aut aliás ad sacrum officium spectantia: redeuntes ad Ecclesiam obſoluunt, eosq; reconciliant ei, à  
qua fuerunt præcisi: populum & clerum conuocant contra tales: in ferendis sententijs peritos advo-  
cierum quadraginta indulgentiam conferunt: contra absentes procedunt, qui in sua prouincia delique-  
runt: simpliciter, & de plano procedunt: contradictores compescunt per censuram Ecclesiasticam: nulla  
privilegia in contrarium alicui concessa quicquam iuvant.

**A**LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs .. fratribus de ordine Edita anno Do-  
Minorum, Inquisitoribus haereticae prauitatis in administratione Sancti Francisci, Salu- mini 1260.  
tem & Apostolicam benedictionem.

CVPIENTES, ut Inquisitionis negotium contra haereticam prauitatem solici- Ex Archivio cō-  
tudini nostra commissum, ad Dei gloriam, & augmentum fidei Catholicae, in nostris videntis S. Fran-  
manibus feliciter prosperetur: compellendi appellatione remota per censuram ecclesiasticam, per vos,  
vel per alios, quos ad hoc idoneos vos, vel alteri vestrū duxeritis eligendos omnes illos, qui scripta,  
vel instrumenta Inquisitionis, vel ad eius officium pertinentia, per quoscumque hactenus factæ, ac  
etiam facienda contra haereticos, credentes, receptatores, seu defensores eorum habent, vel habuerunt,  
vt ea sine cuiuslibet difficultate, seu dilationis dispendio, vobis vel alteri vestrū exhibeant: nec-  
non absoluendi à sententiā excommunicationis omnes illos, qui dimissa haereticorum perfidia ad uniu-  
ratem Catholicæ fidei libere, ac humiliter redire voluerint, & credentes, receptatores, fautores, ac de-  
fensores eorum: ac etiam reconciliandi eos Ecclesia, à qua noscuntur diabolica subgestione præcisi.  
Conuocandique clerum, & populum ejutatum, castrorum, aliorumque locorum contra tales: ita vt  
in ferendis sententijs contra ipsos possitis peritos, & discretos, prout expedierit, aduocare. Dandi  
quoque omnibus accidentibus, ad vocationem huiusmodi auctoritate nostra quadraginta dierum in-  
dulgentiam. Procedendi etiam contra illos, quos in dicta prouincia commissile constituerit, licet ad  
alias partes se duxerint transferendos, necnon, & vt in eodem negotio summarie, absque iudiciorum,  
& aduocatorum strepitu procedere valeatis, auctoritate præsentium vobis, & cuiilibet veltrum conce-  
dimus facultatem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescen-  
do. Non obstantibus si aliquibus sit indulsum ab eadem fede, quod interdicti, suspendi, vel excommu-  
nicari non possint per litteras Apostolicas; nisi plenam & expressam, vel de verbo ad verbum fecerint  
mentionem: & constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Dat. Anagniæ iiij. No. Martij,  
Pontificatus nostri anno sexto.

G. de Merc.

I D E M.

Omnis prelati ecclesiarii, & clerici religiosi & seculares, tam exempti quam non exempti, requisiti per

C 2 Inqui-